

## Band X., Nr. 4855, Seite 490-493

*Ulrich und Maria von Magenheim verkaufen dem Kloster zum hl. Grab in Speyer Güter und Gülten in Güglingen und Weiler.*

Güglingen, 1296. Mai 16.

In nomine domini. Amen. Nos Wlricus nobilis de Magenheim et Maria filia quondam nobilis viri Gotfridi de Nyfen coniuges recognoscimus publice per presentes religiosus viris fratri Johanni priori et conventui domus sancti sepulcri Spirensis nos manu communicata et unanimi voluntate vendidisse pro trecentis decem et octo libris Hallensium minus decem solidis pecunie numerate bona ad nos spectantia libere propria et nulli omnino servituti obnoxia inferius annotata, videlicet redditus perpetuos duarum karratarum vini solvendarum perpetuo de tertia parte vini crescentis annuatim in vinea dicti Rûde et in vinea dicti Tumminck, que site sunt in marchia oppidi Gugelingen in monte dicto Ryetenfurt, absque dampno quolibet recipientium sub hac forma, quod si de tertia parte vini prescriptarum vinearum aliquid de mensura dictarum duarum karratarum fortassis deficeret aut deesset defectus ille suplendus erit de meliori vino quod dicitur erbeamer in marchia Gugelingen integre et complete. Vendidimus insuper religiosus eisdem redditus perpetuos sex librarum Hallensium de censibus in oppido Gugelingen solvendarum annis singulis sub hac forma, quod nullus omnino ex quocunque iure census aliquos in predicto oppido debet recipere nisi predictis sex libris in festo beati Martini antea persolutis. Preter hec eisdem religiosus vendidimus aream torcularis cum ipso torculari in Wiler et omnia bona quesita et non quesita ac universos redditus bladi et vini attinentes eidem torculari, specialiter autem redditus vini actenus nobis debitos de vinea Cûnradi dicti Besserer et aliis omnibus vineis sitis in monte dicto Wilerberc, bladum etiam universum proveniens de decima pertinente ad montem dictum Furst et usque ad rivum dictum Michelbach et usque ad ripam in Wiler nec non decem et octo solidos censuum perpetuorum et census sexaginta pullorum de predicto monte Furst libere solvendorum in festo beati Martini perpetuo annuatim, redditus quoque viginti urnarum vini et unius cum dimidia que erbaimer vulgariter nominantur que de monte predicto Wilerberc similiter persolvuntur et duas partes decime bladi et vini de eodem monte Wilerberc debitas annuatim. Hec bona omnia prenotata de consensu libero et bona voluntate nobilis viri Rûdolfi de Nyfen ac nobilis matrone Elizabeht de Stralenberc coniugis eius religiosus sepedictis legitime vendidimus nosque in figura iudicii coram Nycolao clerico venerabilium virorum iudicum Wormatiensium

## II

tabellione iurato nos vendidisse publice confessi sumus, una cum Rūdolfo de Nyfen et El. eius coniuge prenotatis resignantes legitime coram tabellione prescripto in figura iudicii ut est dictum ius omne domini possessionis et proprietatis quod nobis aut nostris heredibus quibuscumque aut antedicto Rūdolfo de Nyphen et eius coniugi antefate seu ipsorum heredibus in bonis omnibus antescriptis ex quacumque causa competebat vel competere videbatur iusque prescriptum totaliter in religiosos domus sancti sepulcri Spirensis stipulatione presenti iuste venditionis tytulo legitime transferentes irrevocabiliter et in totum. Insuper ego Maria de Magenheim prenotata ego quoque Elizabeht de Nyphen predicta ius omne quod nobis aut alicui nostrum ratione dotis profectitiae vel adventitiae competebat aut nostris heredibus in bonis omnibus suprascriptis legitime abiuravimus eique in totum in figura iudicii renuntiavimus pro nobis et nostris heredibus universis tactis super hoc corporaliter sacrosanctis, renuntiantes simul super hoc omnibus litteris super dote nostra quacumque habitis aut habendis, quibus contractus venditionis prescripte posset a nobis aut nostris heredibus aliquo modo infirmari, Velleiane quoque ambe renuntiamus specialiter et expresse. Nos itaque Wlricus et Maria venditores prescripti firmiter promittimus nosque presentibus obligamus ad rathihabitionem perpetuam prescripti contractus et warandiam predictorum bonorum legitimam dictis emptoribus faciendam, renuntiantes simul publice et expresse pro nobis et nostris heredibus universis exceptioni doli mali in factum actioni restitutioni in integrum epistole divi Adriani et constitutioni presenti peccunie non numerate non tradite non solute et qua deceptis ultra dimidium iusti pretii subvenitur beneficio fori cuiuscumque et iuris clausulis universis cum omni iuris auxilio canonici et civilis consuetudinarii et statuti publici vel privati quibus iuvare possemus per nos vel per alios directe vel indirecte ad presens vel in posterum in iudicio vel extra ut contra prescripte venditionis contractum aliquo modo veniremus vel sepepredictos religiosos in quietam possessionem et usu libero dictorum bonorum perturbaremus aut impediremus aliqua ratione. In quorum omnium testimonium et inviolabilem firmitatem ego Wlricus de Magenheim sepepredictus pro me et Maria coniuge mea sigillo meo has litteras prefatis religiosis tradidi communitas, quas etiam sigillo reverendorum iudicum Wormatiensium et sigillo nobilis viri Rūdolfi de Nyfen ad certitudinem firmiorem petii communiri. Es nos iudices Wormatienses prescripti, cum omnia prenarrata coram Nycolao clerico tabellione nostro iurato ad hoc a nobis specialiter destinato loco nostri in figura iudicii sint peracta, presentes litteras ad preces dicti nobilis nostro sigillo duximus munitas. Ego quoque Rūdolfus de Nyphen nobilis suprascriptus una cum honesta et nobili matrona Elizabeht coniuge mea consensum expressum adhibens omnibus prenarratis eaque imperpetuum rata habens meum sigillum apposui ad presentes me et dictam coniugem meam cum nostris heredibus universis

### III

ipsis presentibus obligans ad rathihabitionem omnium prescriptorum.

Actum in Gugilingen in strata publica, anno domini MCCXC sexto, coram testibus subnotatis: milite dicto Klenne, Walthero nobile de Wissenloch, Cūnrado dicto Gerre, Wlrico de Zimmern armigeris, Cūnrado etiam plebano in Gugilingen et Cūnrado plebano in Pfaffenhoven, Wlrico presbitero, Aigelwar-do pastore in Ramesbach, fratre Liutrammo monacho Uterine Vallis, item Eberhardo sartore, iuniore Benzone, Berhtoldo dicto Vehelin, Hainrico dicto Heldeman, Walthero fabro, Berhtoldo Rademan et Berhtoldo hospite consu-libus et iuratis oppidi Gugilingen, feria quarta infra octavas pentecostes.

—

Textabdruck folgt dem Original (italienisches Perg.).

An roten Seidenschnüren drei Siegel, das erste aus grünem, die beiden anderen aus mit Mennig gefärbtem Wachse. 1) der Wormser Richter, s. WUB, Bd. X, S. 314, Nr. 4626. 2) Ulrichs von Magenheim, s. WUB, Bd. VIII, S. 149, Nr. 2843. 3) Rudolfs von Neuffen, s. WUB, Bd. X, S. 306, Nr. 4615.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 601 U 113

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Güglingen

**Ortsindex:**

Dürrenzimmern Wohnplatz (1877)

Dürrenzimmern, Brackenheim, HN

Eußerthal, SÜW

Güglingen Wohnplatz (1957)

Güglingen, HN

Magenheim Wohnplatz (1899)

Magenheim, Cleebronn, HN

Pfaffenhofen Wohnplatz (2168)

Pfaffenhofen, HN

Ramsbach Wüstung (25595)

Ramsbach, Zaberfeld, HN, W

Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)

Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES

Schriesheim HD

Schriesheim Gemeinde (6509)

Speyer, SP

Weiler an der Zaber Wohnplatz (2171)

Weiler an der Zaber, Pfaffenhofen, HN

Wiesloch Wohnplatz (6633)

Wiesloch, HD

Worms, WO